

mide: de som. interpret. l. 4. c. 58. Timida & fugacia animalia & illiberalia, timidos & fugitivos nobis exhibent: velut cervus, lepus, canis. Et i. Regionis animantia & vernacula animalia significant prope habitantes & prope fores, ut hirundo & lepus. Haec vero & fugitivos domum redire significant natura liberos existentes. Lepus timore & molliorem significat Carda. de som: l. 1. c. 29. & c. 33. dicit significare curlorem aut fugam meditantem. c. 38. lepus omnia infausta & mortem etiam significat. c. 40. Pilis asini labores, leporis mortem brevi & crudelis significat: parum enim vivit & a canibus vivus lacerari solet. l. 3. c. 13. Lepus canem persequens mutationem in deterius significat.

C A P U T X L V I I I .

Superstitiosa,

Superstitione

Mos fuit veteribus, ut tenellas lepores dimitterent, De 4 captantes gratiana. Deinde si feram se in flumen præcipitate animadvertisserent venationem interrumpebant. Rhodig. l. 14. c. 31. Græci amoribus sacrum fabulantur leporem; quia λαγως dicatur δοτης λαμην. Erotes vero a verbo ὁργη utroq; visum significante. Rhod. l. 14. c. 30. Huc referri posse videntur, illa Corstá: Africani & Joh. Bapt. Portæ. Constan: l. de anima; ad Octav. c. 3. scribit. Candela ex adipe leporinâ in medio fœminarum posita, incipere eas esse hilares. Port. l. 20. c. 8. Mag. natur, sic habet. Ut nil relinquam, quod a circulatoribus, & necromanticis simulatur; Apponunt lucernam characteribus inscriptâ, leporino adipe plenam & quibusdâ obmurratis verbis cum eam incendūt, & medio mulierum ardet, constringit omnes, ut abjectis vestib, omnia viris sponte ostendant, quæ operata tegunt, vident, nec saltare desierint, usq; donec ardeat lucerna, quod mihi a fide dignis narratum fuit. Consideravi non nisi a leporino adipe effetus posse provenire, cuius fortasse vis letalis quadam cerebrum penetrans ad ejusmodi dementiâ concitat. Simile à Massageris fieri narratur ab Homero, esse arbores, quarum fructus si in ignem projiciatur, omnes qui igni proximiores fuerint, ebrios & stolidos evadere: nam illico, è sedibus inclinunt, & choreis & saltationib. indulgent.

C A P U T